



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

2. Maternitas Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

Secundum Privilegium.

MATERNITAS DEI.

Maria Deipara, & Deifica in Christo.

Primo, non tantum Maria Christifera, sed etiam Deipara fuit: quia vere ac proprie concepit ac peperit hominem Christum, qui erat verus Deus. Et hanc excellentiam Maternitatis Dei, veluti docet Angelicus, haec S. Tho. 1. p. 2. q. 25. art. 6. est Deus. Vnde sanctissima Virgo propter singularem suam sanctitatem, aut etiam propter dignitatem Matris naturalis Dei, meretur adorationem Hyperdulce, & sicut ratio personalis in Christo nil aliud formaliter est, quam sustentatio; sed radicaliter & exigentia, ut loquuntur Theologi, est omnis perfectio, & omne donum gratiae & gloriae; ita dignitas Matris Dei essentialiter aliud non est, quam ordo quidam & relatio ad Christum tanquam ad Filium; at radicaliter & exigentia est coadunatio & unio omnium gratiarum, & propter hanc dignitatem Virgo cunctis est praedita gratis & perfectionibus, nec est donum Dei ita perfectum, pura creatoris communicatum, quod ipsa non sit affecta in gradu semper maiori & excellentiori.

De Assumpt. B. V. c. 5.

Secundo, est etiam Deifica, non tantum in se, sed in Christo, ut vult Augustinus, quia caro Christi caro est Maria, & quamvis caro Christi gloriae resurrectionis fuerit glorificata, eadem tamen mansit, quae sumpta est de Maria; & forte hoc pie creditur particulare fuisse privilegium in Beatissima Virgine, quod illa sanguinis portio, quam subministrauit formationi Corporis Christi, semper perseveravit eadem, & nunquam virtute caloris naturalis in Christo assumpta fuerit. Et haec gratia Petro Damiano fundamentum dedit asserendi, quod Deus in Virgine est quarto speciali modo, scilicet, per identitatem, De Nativ. quia B. Virg.

UNIVERSITÄT PADERBORN

quia idem est, quod ipsa in Christo, modo explicat.

Tertio, fuit insuper honorata à Filio suo tanquam Mater, cum, nimirum, Christus quodammodo obsequerit erga eam veluti subditus, conformiter loquitur Evangelista: *erat subditus illis*. Et sicut Dominus non sustulit à Christo, ut esset verus Filius, ita nec ipse se eximere voluit ab actibus reuerentio & subdito competentibus; licet in Christo debeat queat vera & necessaria subiecto in ordine ad Matrem. Unde exclamat Petrus Damianus: *Hinc tacere tremiscat omnis creatura, & tantam dignitatis sitatem vix audeat aspiceret, adeo non rogat*

De laud. B. Ancilla, sed imperat ut Domina. Quibus locum Richardus de Victore: *Oraat Patrem, sed taliter ut ut sibi & Patri æterno communem.* Ex qua dicitur discrimen inter orationem Matris & aliorum Sanctorum, ut docet S. Antonius: *Oraio Sanctorum tantum gratia. Oratio autem Virginis immutata Dei iure naturali & iustitia, & præterea, aliam Sanctorum petrant, etiam per Mariam impetrant.*

S. Anton. de B. V. 4. p. tit. 15. c. 17. Ex hoc secundo privilegio Virginis sequitur mentum omnis nostræ lætitiæ; quia eadem illa est Mater Dei, simul est Mater nostra, & Virginitas illius est Mater Christi tanquam personæ patris, verum etiam vniuersalis Capitis Ecclesiæ, cuius membra: ergo illa eadem, quæ est Mater illius, tanquam Capitis erit quoque Mater nostra & omnium tanquam membrorum. Et si Maria est Mater sumit Hugo, *& Christus erit frater tuus. & tu Pater tuus, & Regnum cælorum hereditas tua omnia bona erunt tibi cum illa, ergo profundissimam humilitate ac reuerentiâ præcellam ad illam acceptemus in Matrem, contentes eandem de*

Hugo. in ipsa & per ipsam est omnis spes vite & virtutis.

Eccl. 24.